Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



74

libidinis nutritu. Pocula quippe instrumenta sunt luxurie. Igni enim adiecto fomite in
cendium magis crescit. adiecta materia plus augetur flama. Oculi quoque prima tela libidinis.
uisio prima concupiscentia mulieris. Mens enim poculos capitur. Aspectus naque amoris
iacula mittit. aspectus affectum facit. concupiscentia libidine nutritur. a specus mente
inertat. animam trucidat. cor uulnerat. Subtrahe igitur a uisu. rape me oculos a speculamina. ne
eos defigas in specie carnis. nulla adconcupiscendum aspicias. nulla hoc animo in
tendas. ut concupiscas. Tolle occasionem peccandi. auferre materiam delinquendi. Si uis
ee fornicationem uitare. esto corpore et uisione discretus. Corpore quippe seuncetur a
peccati intentione discedis. circa serpentem autem positus. non eris diu illesus. Ante ig
nem consistens. et si ferreus sis aliquando dissolueris. primum periculo diu tutus non eris.
Et assiduitate etiam peccat homo. Sepe familiaritas implicauit se peccatis. sepe occa
sio peccandi uoluntate fecit. sepe quos uoluntas non potuit. assiduitas superauit. Iest.

Otio deditos luxuria subripit. uacan Qui erga opa t lectiones ignauus
tem luxuria etiam poccupat. graui libido urit. quem ociosum inuenerit.
Cedet autem libido laboribus. cedet opi. cedet industrie et laboribus. Libido
quippe carnis sepe labore uincitur. corpus enim labore fatigatum minus delectat flagitio.
Quapropter precaue otium. ne ducas uitam inotium. ne diligas otium. fatiga corpus laoribus.
exercere opis cui libet studium. quere tibi opus utile. quod animi infigatur intentio. Cum
ope uacat lectioni. uacat inmeditatione scripturarum. uacat inlege dei. Habeto indi
uinis libris frequentam assiduitas legendi sit tibi. sit tibi frequens lectio. sit cotidia
na legis meditatio. Lectio utique demit errorem. lectio mundi subtrahit uanitatem.
Lectione sensus et intellectus augetur. Lectio enim docet quid cauteas. lectio ostendit
quid tendas. Multum proficiet quod legis. si facias quod legis. si cetera bona placent. si talia
grata sunt. si inuoluntate sunt. si inuoto sunt. si inbonis cunctis animum paratum.

Esto Humilis. esto inhumilitate fundatus. esto omnium De humilitate.
Eutrum et nouissimum. Fundatus inhumilitate minimum te fac. nulli te
preponas. nulli te superiorem deputes. Existima omnes superiores ee tibi. omni
um te minimum existima. Inferiorem te omnibus deputa. quanto sum sis humilita
tem tene. Si humilitatem tenueris. habebis gloriam. Quantum enim humilior fueris.
tantum te sequitur gloria et altitudo. Caue autem iactantiam. caue ostentationis ap
petitum. caue gloriam inanis studium. Non te arroges. non te iactes. non te insolenter ex
tollas. Alas superbie non extendas. elationis pennas non erigas. Nichil de te presumas.
nichil boni tibi tribuas. De iustitie uirtute nulla elatione superbias. de bonis
factis non extollaris. de bono opere non gloriaris. Descende. ut ascendas. humi
liare ut exaltetis. ne exaltatus humilieris. Qui enim extollitur humiliatur. quia exal
tatur deicitur. Qui eleuatur prosternitur. qui inflatur allidit. quia de excelso grauior